

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

20. Abimelechvs rex

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

Ad patris ecclesiam se adjungit, &  
funus ejus unà cum fratre procurat.  
Ab hoc Midianitæ & Arabes, & po-  
stea Christiani nominis hostes acer-  
rimi, Saraceni, ducere se prosapiam  
gloriantur, & religionem Christianæ  
adversam defendunt, discipuli cru-  
deles Mahometi.

20. ABIMELECHVS Rex.

Abimelechus Rex Palæstinorum  
in Geraris, primūm uxorem Abra-  
hami, deinde Isaaci, utriusqve soro-  
rem esse arbitratus, in suam fami-  
liam transtulit: sed errore suo co-  
gnito, maritis sine infamia atque  
mora, non tamen sine exprobratio-  
ne simulationis & silentii noxii, eas  
reddidit. Tempore difficillimo fa-  
mis, hospes & nutritor ecclesiæ hic  
Rex mansit; & quia a servis suis,  
propter obrutos & ademtos fontes,  
offensi viri sancti erant, ne injuriam  
e 6 vindicentur.

vindicarent , cum utroqve pro se suisqve posteris, fœdus religiose sanxit. Deum in somnio habuit concionatorem.

### **21. ISAACVS.**

Isaacus e corporibus emortuis, præter naturæ atqve ætatis rationem & ordinem nascitur: in adolescentia patri suo Abrahamo usqve ad jugulum paret , & impositus rogo vibratum in cervices suas acinacem non expavescit. Promissiones a Deo non minus amplas , qvam pater accipit; sed cum esset in solo promissione hospes , fide declaravit , aliam se patriam certiorem & beatiorem expectare. In Geraris habitantem , Rex Abimelechus invidiâ , regii ministri injuriâ expellunt. Privatam vero quietem illi turbant , Esavus filius importunus , & Hethæ impiaenurus : ad qvas acerbitates accessit in pere-

peregrin  
nechtur  
e Melop  
illi qvic  
& prop  
tristitia  
Rache  
mente  
in par  
no æ  
Hic  
propo  
22.  
R  
tis &  
obsec  
rand  
Dei:  
vigin  
de a  
qve  
quam